



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1661

Ne quid omittatur in Missa, §. 2

urn:nbn:de:hbz:466:1-41878

vel gravitatem materiæ, quod est universale in omnibus præceptis, facile colligemus, quid in singulis Rubricis sentiendum sit, Quoniam vero, id in toto hoc opere sparsim à nobis factum est, solum aliqua hujus loci, propositique tituli propria, breviter addemus.

§. II.

Ne quid omittatur in Missa.

Nihil omittendum in Missa: qui secus faxit, per se mortaliter peccat. Ratio est, tum antiquus Ecclesiæ sensus, & praxis, tum auctoritas Tridentini, & Pii V. tum rei ipsius nota gravitas.

2 Dico (per se) nam, ut modo inquitur, semper aliquid excusabile levitas materiæ, sicuti etiam leviter culpabilis inadvertentia, vel ignorantia, quæ perfectè item excusabit, si perfectè, & omnino fuerit inculpabilis. Discurremus per aliquas

aliqua
possit

De O

3 O

putan
pam n
conre
quia i
quæ
eratio
mò si
esse c
Sorus
ptus p
mater
sputa
ruptio
gligen

a
S. Sea
m 4

aliqua, unde & alia similia decerni possint.

De Omissione aliquorum, qua recitanda sunt in Missa.

3 **O**mittere illud (*enim*) in verbis Consecrationis Calicis. putant aliqui a mortalem esse culpam mihi, & aliis b multis, præciso contemptu, non videtur mortalis, quia in omissione unius particulae, quæ non est de substantia Consecrationis, nõ apparet gravitas. Immo si ex contemptu omittatur non esse certum, an sit mortale, docet Sotus, & si quidem etiam contemptus potest esse veniale ex parvitate materiae. Audi eundem ibidem disputantem de levibus vocum corruptionibus Si fieret (inquit) ex negligentia, quantumvis crassa, & supina

Z 2 cor-

a Apud Suar. de Sacr. dist. 59. sec. 1.
 §. Sed quæres. b Apud eund. Sotus
 in 4. d. 1. quest. 1. art. 8. §. Si autem.

corruptio hac, atque alia eiusmodi par-
va non esset nisi veniale. Imo quam-
vis non adhibeatur diligentia profes-
rendi in finale *M. meum*, vel si forte
non proferatur *Te* in verbo est, nullam
profecto culpam incurri. Deus enim
non est tamistarum minutiarum ob-
servator. Hæc Sotus.

4. Omittere unum verbum in
Canone esse mortale, aliqui affir-
mant: Sed certe, licet minor omis-
sio sufficiat ad constituendum mor-
tale in Canone propter ejus reve-
rentiam, quam in aliis *Missæ* parti-
bus, tamen omittere unum, aut al-
terum verbum nō excedere lineam
levitatis, merito communiter cen-
sent Doctores. *a* Unde rectè Suarez
b omittere tempore verbi gratia
Paschali, quæ interponenda sunt in
oratione *Communicantes*, vel in
oratione, *Hanc igitur*, docet non es-
se mortale; idemq; de omittente a-
liquem Sanctum ex iis, qui in Ca-

none

a Cum Sua de Sacr. d. 18. sect. 3. §.
T eo primo circa finem; *b* Suarez. ib.

non ponuntur, docet Filliucius, &
 § Omittere Symbolum Apo-
 stolicum, quando est dicendum, vel
 Gloria, vel unam alteramve oratio-
 nem, vel propter paritatem ratio-
 nis Evangelium ultimum, non est
 mortale ex levitate materiæ.

6. Idem erit, si Sacerdos solem-
 niter celebrans omitteret legere
 Evangelium, vel Epistolam, dum
 Diaconus, vel Subdiaconus can-
 tat: quamvis enim Rubricæ, sive
 præceptivæ, ut aliqui dicunt, sive
 directivæ, ut alii putant, ordinans
 ejusmodi submissam electionem a-
 talis tamen privatæ lectionis omis-
 siores exigua videtur.

Immo Sanchez e probabiliter do-
 cet,

Z 3

a Filliuc. 2. 1. tr. 5. cap. 5. n. 155. b De-
 lug de Euch. d. 20. sect. 4. num. 104.
 c Idem ib. d Apud Dianam. v. 5. tr. 13.
 ref. 95. e Sanchez lib. 7. conf. cap. 2. du.
 13. num. 3. ex Navar. & alijs citatis à
 Dianap. 2. tract. 1. 2. ref. 42. & p. 5 tra.
 13. ref. 95. contra Sa. citatum ab eodem.

cet, Sacerdotem celebrantem cum Diacono, & Subdiacono melius facturum, si dum hi cantant Epistolam & Evangelium, ipse attente audiat, nec secrete recitet. Ratio esse potest, quia de una parte Rubrica monens debere recitare, est solum directiva, & ex alia, Epistola, & Evangelium in Missa solemnibus sunt partes Ministrorum non Sacerdotis Celebrantis; sicut ergo Officiū in choro recitantes & satisfaciunt solum devote audiendo lectiones, Capitula, Orationes, &c. quæ alii, juxta choralternationem, soli dicunt, immo non bene facerent si recitarent, quia obmurmurando aliis essent forte molesti, ita in casu nostro devotius Sacerdos audiet.

Quod dixi, extendo libens ad Gloria, Credo, & Prophetias Sabbati Sancti, aut Passionem Domini, & similia, quæ in majore hebdomada, & in Missa solenni ab aliis a Celebrante

a Sanch. ibi Suar. t. 2. de Rel. lib. 4. de orat. c. 12. nu. 8.

brante cantari solent, par enim ratio de his, ac de illis esse videtur.

De Omissione Oblationis, & obiter de Particulis consecrandis, qua post oblationem apponuntur.

Omittere oblationem Hostiæ, vel Calicis sine dubio grave & quid est, ut etiam omittere infusionem modicæ aquæ in Calicem, pertinent enim hæc magis proximè ad Sacrificium, & ad mysterium.

8. Sed quid faciet Sacerdos, si post Offertorium, hoc est, facta oblatione Hostiæ grandioris, superveniat Sacrista, vel alius, qui afferat alias Particulas consecrandas ad communicandum populum?

Bonacina *b* inclinatur, dictas particulas tunc non posse consecrari,

Z 4 Possit

a Doctores mox citandi, & passim.

b Bonac. de Sacr. d. 4 q. uli punct.

2. num. 6.

Possevinus *a* posse, idque, vel eas offerendo de novo, vel etiam non offerendo, Gavantus *b* posse quidem consecrari, sed satis esse, si mēte offerantur. Addit tamen id non debere fieri, si afferantur remotē ab oblatione Hostiæ grandioris, puta post Præfationem.

9. Dico breviter duo Primo posse consecrari, & quidem cum Gavanto expeditius esse, & tutius, si ea iterum offerantur, oblatione mente concepta: tunc enim, & jam ponitur substantia oblationis, & ordo Missæ nequaquam turbatur.

10. Dico secundo, me non approbare, quod addit Gavantus, nam si, id potest fieri proximē ad oblationem, non apparet ratio convincens cur non possit & remotē.

11. Dicit fortasse Gavantus, si afferantur remotē ab oblatione multæ ceremoniæ, & Orationes, quæ dicuntur super Oblata, non

erunt

a Possevin. de off. curati c. 2. num. 1.
b Gavant in Rubr. Miss. p. 3. t. 10. n. 12.

erunt dictæ super has particulas
tarde allatas.

Respondeo, sufficere, quod ejus-
modi orationes, actionesque exhi-
bitæ fuerint super Hostia grandio-
re, ad quam allatæ hæ particulæ
sunt accessorix. Id quod à culpa
gravi excusabit, ut in simili mox di-
cam numer. 13. A veniali vero, si
qua esset excusare poterit populi
communicaturi commoditas, vel
ne palam reprehendatur Sacrista,
qui tarde particulas attulit, vel
quid simile.

*De Omissione Signorum super Parti-
culas consecratis.*

12 SACERDOS quidam statim, at-
que Particulas Hostiamque
grandiorem consecravit, Pixidem
Particulas dictas continentem in-
tra Sacrarium, seu Tabernaculum
inclusit, Immo aliquando statim
eas dedit alteri Sacerdoti, quas po-
pulo communicaturo in alio Altari

Z 5 distri-

distribueret, & sic omiffa sunt fuper
 eas confueta figna, & orationes.
 Factum ne id rite efl? Non efl rite
 factum, docet Delugo, *a* & merito,
 debuerunt enim ejuflmodi particu-
 la remanere fuper Aram confecra-
 tam coram Sacerdote, faltem ufque
 ad Communionem inelufive. Ratio
 efl, quia cum hæc faciant unum Sa-
 crificium cum Hoftia grandiore,
 non debent ante Sacerdotis Com-
 munionem, quando Sacrificium
 completur, diftrahi à Sacrificio.

13. Non puto tamen illum Sa-
 cerdotem peccaffe faltem mortali-
 ter: nam quamvis egerit contra
 Rubricas difponentes, quod, tunc,
 illa particula ponantur fuper Cor-
 porale, ante Calicem, aut in aliquo
 vafe retro poft Calicem, nihilomi-
 nus cum remaneat Hoftia grandior
 veluti ceteras representans, qua cõ-
 fummati perfecte potefl Sacrificiũ,
 non videtur res gravis, abefle par-
 vas

a Delugo de Euch dift. 20. fec. 1.

num. 69.

vas. Quod si adfuit necessitas expediendi Communionem populi, prædictum Sacerdotem excusatum omnino fuisse, nullus dubitat.

De Omissione ritus proprii.

14 **R**itus Missalis Romani à Pio V. editi observandos esse in Ecclesia Latina ab omnibus, iussit idem Pius, *a* confirmavitque Clemens, *b* & Urbanus, *c* uterque Octavus; excipit tamen eos, quibus in aliqua particulari Ecclesia forte contingat alios Missæ ritus observare, idque sive ex prima institutione per Summum Pontificem facta inde à ducentis annis, sive ex antiqua consuetudine per similes ducentos annos usurpata, quos quidem, quamvis, ut dico, excipiat, permittit nihilominus iisdem, ut eū licen-

Z 6 tia

a Pius V. in princip. Missalis. Quo primum tempore. b Clemens VIII. ibid. Cum Sanctissimum. c Urbanus VIII. ibid. Si quid est,

ria Episcopi, vel Prælati, totiusque Capituli possint dictos Missalis Romani Ritus amplecti.

15. Iam, ex hac concessione oritur dubiū, *Æquid faciet Sacerdos Romani (ut claritatis gratia sic loquar) Ritus, si inveniatur in loco, vbi servatur Missale, non Romanū: in Ecclesia v. gr. Ordinis Carmeliti, vel in Templo Ambrosiano Mediolani, & contra. Quid faciet Sacerdos Carmelita, vel Ambrosianus, in Ecclesia, ubi servetur Missale Romanum.*

16. Non loquimur autem hic, ut vides de Ritu universalis Ecclesie Latinæ, vel Græcæ, quoad Azimū, vel fermentatum, & similia, de hoc enim satis superque egimus in Opusculo de expediēda Communionē, sed de his Ritibus satis accidentalibus in Ecclesia eadem Latina diversis, quoad quasdam Orationis Ceremonias, Rubricas, & Quatuor dictis rem expedio.

17 Dico

¶ C. 2. §. 6.

17. Dico Primo. Sacerdos, qui est membrum alicujus Ecclesiæ, si-
vè Romani, siue Ambrosiani Ritus
v. gr. sine controversia tenetur ser-
vare Ritum etiam accidentalem
inibi inceptum. Ratio est, quia, ut
ibidem a diximus, quilibet tenetur
Ritum in sua Ecclesia receptum cu-
stodire.

18 Hinc etiam fit, ut qui ex una
Ecclesia transeat in aliam, & domi-
cilium ibi figat, animo ibidem per-
petuo manendi, vel etiam manendi
b per majorem anni partem, teneatur
ejusdem Ecclesiæ Ritus serva-
re, quia jam ejus est membrum, &
pars. Quare Sacerdos Romanus
si fiat v. g. Carmelita, vel Mediola-
nensis Ecclesiæ, vel contra, Ritum
susceptæ Ecclesiæ amplecti de-
bet.

19. Dico Secundo, si Sacerdos
proprii Ritus v. gr. Ambrosiani per

Z 7

tran-

a Opusc. de exped. com. cap. 2 §. 6. b
Ceninch. de Euch. quæst. 74. art. 4. d.
4. num. 115.

transitum inveniatur in territorio,
ubi servatur Missale Romanum, vel
Sacerdos communis Romani Ri-
tus, si transeat per territorium, ubi
servatur Missale non Romanū, po-
test, & vel Ecclesiæ suæ Ritus, vel
Ritus loci, per quem transit, in
Missæ, & Officio, ut liber, observa-
re. Ratio est eadē, quam *ibi* ibidem
diximus, quia est probabilissima
sentētia, peregrinum posse se acco-
modare legibus, & cōsuetudinibus
loci, per quem transit, si velit, non
tamen teneri, si quidem potest sui
loci consuetudines sequi.

Dixi (Sacerdos communis) pro-
pterea, quæ mox addam.

20 Dico enim Tertio. Quod
si Religioso Romano rāseunti per
dictum territorium diversi Ritus,
contingat Sacrum facere in Eccle-
sia sui Ordinis ibidem existente, in
qua

a *Coninch. de Euch. quest 83. ar. si*
n. 268. & q. 74. art. 4. d. 4. n. 11. Prop.
3. p. q. 73. ar. 4. d. 5. n. 190. b *Opusc. de*
exped. com. loc. sit.

qua servatur Ritus Romanus, quales multæ solent esse in huiusmodi Diœcesibus, ut contingit in Mediolanensi, tunc talis Religiosus debet servare Ritus Romanum, quamvis in tota Civitate alius Ritus observetur. Ratio est, quia cum in Ecclesia talis Ordinis servetur Missale Romanum, ipse vero sit membrum talis Ordinis, illi se debet conformare.

21. Dico Quarto. Si Sacerdoti Romano transeunti per Diœcesin ubi servatur Ritus Romanus, contingat Sacrum facere in Ecclesia ubi servatur Ritus diversus; teneatur ibi Romanum Ritus servare, non vero potest diversum, v.g. Carmelitarum. Ratio ducitur ex dictis. 1. quia illud privilegium de sequendo diverso Ritu à Romano, solum est pro Carmelitis, non vero pro aliis.

22. Sed quid faciet Sacerdos Romanus, si inveniatur in Ecclesia v.g. Carmelitana, velitque Sacrum facere

facere, nec superat copia Missalis Romani? Respondeo. Auctor huius essem, ut, si non adsit causa, abstineret à celebrando, quia hi Ritus, licet accidentales, judicantur tamè alicujus momenti, atque adeo à suis custodiendi. Si adsit causa, pensetur gravitas causæ, diversitasque Ritus suscipiendi, & juxta dicenda numer. 30. fiat quod expedire judicabitur.

Illud certè mihi accidit, cum essem junior, quod invitatus ad celebrandum in die festo in Ecclesia Carmelitana, cū progressus essem ultra in Sacro, adverti Missale, quo utebar, esse Ordinis illius, nec posse sine aliqua astantium admiratione Romanum petere: unde judicavi, ex tali causa, illo tunc, & non Romano uti, mihi licuisse.

Omissa an, & qua ratione suppleri debeant.

SI quis paululum in Missa procedens advertat se aliquid

quid omisſiſſe, obligatur ne id repetere?

Et quidem cum eſſem Noviti-
us, & in Sacriſtia forte ad eſſem, vi-
di Sacerdotem quemdam ſatis ſcrupu-
loſum, qui, quia per inadverten-
tiam omiſit legere Evangelium,
quod eo die legendum erat in fine
Miſſæ, loco Initiſ Sancti Joannis,
voluit illud, ſpoliatus Sacris veſti-
bus, in Sacriſtia legendo, ſupplere,
immò, & Miniſtrum admonuit, ut
ſibi legenti præſto eſſet, quia erat
dies feſtus de præcepto. Sed jam, ex-
tunc, adverti ſuperfluam religio-
nem, nec Evangelium privatim re-
citarum potuiſſe eſſe partem pub-
lici Sacriſicii.

24. Dico igitur cum Suario non
eſſe regulariter repetendum, quia
id non poteſt commode fieri, &
turbaretur Miſſæ ordo.

25. Dixi (regulariter) ſi enim de
ſubſtantia ſit id, quod omiſſum eſt,
ut ali-

a Suar. de Sac. diſp. 85. ſect. 2. §. 2.
in genere.

412
Miſſæ
or huius
abſti-
Ritus,
ur tamē
o à ſuis
enſerur
e Ritus
da nu-
judica-

cum eſ-
s ad ce-
celeſtia
s eſſem
ale, quo
ec poſ-
niratio
judica-
& non

ppleri

Miſſa
ſe ali-
quid

ut aliquid v. gr. pertinens ad consecrationem, debere reperi, certum est. Monet tamen Coninch, a quādo sacerdos est in progressu Sacri, ne facile sibi persuadeat aliquid omisisse; in iis enim, quæ saepe recitamus, difficulter propter coherētiā verborum, vel parum quid omittitur sine advertentia. Recte: nam experimur non raro difficilius non recitare posse Orationem v. g. Dominicalem omittendo duo, vel tria verba in ejus medio, quam integrè proferendo.

26 Dixi iterum (regulariter) nam si quis dum secretè orat, certo, post pauca verba, advertat, se aliquid notabile, quamvis accidentale omisisse, puto cum Suasio b non esse inconveniens, immo necessarium, tunc repetere, quia id, & commode fieri potest, nec in tali casu notabiliter turbaretur Missæ ordo.

Quid

a Coninch. de Euch. q. 83. ar. 5. n. 18. b Suar. de Sa. disp. 85. sect. 2. §. 3. in genere.

Quid enim turbationis est, si certo advertens me non dixisse, v.g. Orationem Communicantes dicendam in die Paschatis . paullulum progressus regrediar ad eam recitandam? Nota illud (paullulum) & illud certo) & illud (dum secrete orat) nam in orationibus publicis vaide modicus deberet esse progressus, ut regredi ad supplendum obligaretur Sacerdos, quia in publicis facillimum est turbationis, & populi admirationis periculum.

An propter Impotentiam omitti aliquid possit in Missa?

27 **V**el ante inchoatam Missam prævidetur impotentia, vel ipsa inchoata. Deficit v.g. aqua, quæ misceri debet cum vino. Id potes prævidere, antequam Missam incipias, vel ipsa incepta, quando v.g. urget tempus miscendi.

28 Si ante prævidetur, regulariter,

riter,

riter, debet Missa ~~omitti~~. Dico, regulariter, nam si res sit parvi momenti, ut si prævideretur deesse Campanulam, vel tertium cereum in elevatione accendendum, tunc non esset Missa facile omittenda, maximè pensato incommodo, quod oriri tunc forte posset ex Missæ omissione.

28. Si non prævideretur ante, est pariter distinguendū: si enim, quod deficit, est de substantialibus, idque prævideatur, in cœpta Missa, sed ante consecrationem, potius est *missa* omittenda, quam proseguenda, quia melius est non celebrare, quàm celebrare indebite: si vero advertatur defectus post consecrationem, proseguere omnino Missam debes, cum non sit Sacrificium incompletè relinquendum.

30. Quod si quod deficit non sit de substantialibus, tunc servanda est illa

a *Suar de Sacr. disp. 85. sect. 2. citata.* b *Idem ibidem sec. 1. initio.* c *Ibidem.*

illa regula, ut pensata gravitate,
 vel levitate rei, quæ deficit, in com-
 modo, quod sequitur, scandalo,
 quod oriri possit, &c. id facias,
 quod melius tibi videbitur. Nec
 scrupulosè te geras, nam quod-
 cumque, bona fide, in illa turbatio-
 ne facias, coram Deo factum bene
 censebitur. Immo hæc est univer-
 salis doctrina, in similibus pertur-
 bationibus, etiam in rebus gravissi-
 mis, atque adeo etiam in Missæ
 substantialibus, quæ tradit ex
 Navarro, & Silvio, Diana, b & ratio
 esse potest, quia ea, quæ bona fide
 sunt in illa perturbatione, non
 præsumuntur ita deliberatè facta,
 ut saltem ad mortale pertingant.
 Cetera huc pertinentia, partim di-
 sta sunt sparsim in toto hoc Opere,
 partim in loco proprio dicentur,
 cum de Defectibus in Missa occur-
 rentibus agemus infra toto Capite
 octavo.

§. III.

a Ibid sec. 2. §. I. igitur. b Diana
 dz. tr. 14. ref. 70 sine.